

Masculin et féminin dans la poésie de Catulle :
des troubles du genre à la réappropriation virile.
(Florence Klein)

Textes étudiés (trad. Lafaye).

Catulle, *Carmen* 64.

1-21

Peliaco quondam prognatae uertice pinus
dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas
Phasidos ad fluctus et fines Aeeteos,
cum lecti iuuenes, Argiuae robora pubis,
auratam optantes Colchis auertere pellem
ausi sunt uada salsa cita decurrere puppi,
caerula uerrentes abiegnis aequora palmis.
Diuia quibus retinens in summis urbibus arces
ipsa leui fecit uolitantem flamine currum,
pineae coniungens inflexae texta carinae.
Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten.
Quae simul ac rostro uentosum proscidit aequor,
tortaque remigio spumis incanduit unda,
emersere freti candenti e gurgite uultus
aequoreae monstrum Nereides admirantes.
Illa atque haud alia uiderunt luce marinas
mortales oculis nudato corpore Nymphas
nutricum tenus exstantes e gurgite cano.
Tum Thetidis Peleus incensus fertur amore,
tum Thetis humanos non despexit hymenaeos,
tum Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit.

Jadis, des pins nés sur le sommet du Pélion nagèrent, dit-on, par les eaux limpides de Neptune, jusqu'aux flots du Phasos et jusqu'au royaume d'Éétès, quand des jeunes gens d'élite, force de la jeunesse argienne, voulant ravir à la Colchide la toison d'or, osèrent lancer sur les flots salés leur nef rapide et balayer la plaine azurée de leurs rames de sapin. La déesse qui protège les citadelles sur les hauteurs des villes leur construisit elle-même ce char qu'un souffle léger faisait voler, formant des pins assemblés la trame de sa carène arrondie. Le premier, leur navire initia Amphitrite ignorante à ces courses. À peine son éperon eut-il fendu la plaine venteuse, à peine ses rames eurent-elles retourné les eaux blanches d'écume que de l'abîme blanchissant émergèrent les visages des Néréides des eaux, admirant la merveille. Ce jour-là et non un autre, des mortels virent de leurs yeux les nymphes des mers le corps nu s'élevant jusqu'aux seins sur l'abîme blanc. Ce fut alors que Thétis inspira, dit-on, à Pélée, une passion brûlante, alors que Thétis ne dédaigna point l'hymen d'un mortel, alors qu'à Thétis le père des dieux lui-même consentit à unir Pélée.

47-70

Puluinar uero diuae geniale locatur
sedibus in medus, Indo quod dente politum
tincta tegit roseo conchyli purpura fuce.
Haec uestis prisca hominum uariata figuris
heroum mira uirtutes indicat arte.
Namque fluentisono prospectans litore Diae
Thesea cedentem celeri cum classe tuetur
indomitos in corde gerens Ariadna furores,
necdum etiam sese quae uisit uisere credit,
ut pote fallaci quae tunc primum excita somno
desertam in sola miseram se cernat harena.
immemor at iuuenis fugiens pellit uada remis,
irrita uentosae linquens promissa procellae.
quem procul ex alga maestis Minois ocellis
saxea ut effigies bacchantis prospicit, eheu,
prospicit et magnis curarum fluctuat undis,
non flauo retinens subtilem uertice mitram,
non contacta leui uelatum pectus amictu,
non tereti strophio lactentis uincta papillas,
omnia quae toto delapsa e corpore passim
ipsius ante pedes fluctus salis adludant.
sic neque tum mitrae neque tum fluitantis amictus
illa uicem curans toto ex te pectore, Theseu,
toto animo, tota pendebat perdita mente.

La couche nuptiale destinée à la déesse se dresse au milieu du palais ; ornée avec les défenses de l'animal Indien, elle est couverte d'un tissu de pourpre, imprégné du suc rouge qui vient d'un coquillage. Ce voile, où sont brodées les figures des hommes des anciens temps, retrace les hauts faits des héros avec un art merveilleux. Tandis que du rivage de Dia aux vagues retentissantes, en portant au loin ses regards, elle aperçoit Thésée qui s'enfuit avec son vaisseau rapide, Ariane, le cœur plein de fureurs indomptées, ne peut encore se persuader qu'elle voit ce qu'elle voit ; car, à peine éveillée d'un sommeil trompeur, l'infortunée découvre qu'elle est abandonnée sur une plage solitaire. Cependant sans songer à elle, le jeune héros qui fuit frappe les eaux de ses rames, livrant ses vaines promesses au vent de la tempête. De loin, au milieu des algues, la fille de Minos, les yeux tristes, semblable à la statue de pierre d'une bacchante, le suit du regard, hélas !, du regard et flotte sur une mer de soucis ; plus de bandeau dont le fin tissu retienne sa blonde chevelure, plus de voile léger qui couvre sa poitrine mise à nu ; plus d'écharpe délicate qui emprisonne sa gorge blanche comme le lait, tous ces ornements ont glissé de tout son corps ; épars aux pieds de la jeune femme, ils servaient de jouets aux vagues de la mer. Mais elle n'a plus aucun souci de son bandeau, ni de son voile qui flotte ; c'est à toi, Thésée, que s'attachaient, dans son égarement, tout son cœur, toute son âme, tout son esprit.

103-144

non ingrata tamen frustra munuscula diuis
promittens tacito succendit uota labello.
nam uelut in summo quatientem bracchia Tauro
quercum aut conigeram sudanti cortice pinum
indomitus turbo contorquens flamine robur
eruit (illa procul radicitus exturbata
prona cadit, † lateque cum eius obuia frangens),
sic domito saeuum prostrauit corpore Theseus
nequiquam uanis iactantem cornua uentis.
inde pedem sospes multa cum laude reflexit
errabunda regens tenui uestigia filo,
ne labyrinthis e flexibus egredientem
tecti frustraretur inobseruabilis error.
sed quid ego a primo digressus carmine plura
commemorem, ut linquens genitoris filia uultum,
ut consanguineae complexum, ut denique matris,
quae misera in gnata deperdita laetabatur,
omnibus his Thesei dulcem praeoptarit amorem,
aut ut uecta rati spumosa ad litora Diae
uenerit, aut ut eam deuinctam lumina somno
liquerit immemori discedens pectore coniunx?
saepe illam perhibent ardenti corde furentem
clarisonas imo fudisse ex pectore uoces,
ac tum praeruptos tristem conscendere montes
unde aciem in pelagi uastos protenderet aestus,
tum tremuli salis aduersas procurrere in undas
mollia nudatae tollentem tegmina surae,
atque haec extremis maestam dixisse querelis,
frigidulos udo singultus ore cientem:

« Sicine me patriis auectam, perfide, ab aris,
perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?
sicine discedens neglecto numine diuum
inmemor a ! deuota domum periuria portas?
nullane res potuit crudelis flectere mentis
consilium? tibi nulla fuit clementia praesto
immite ut nostri uellet miserescere pectus?
at non haec quondam blanda promissa dedisti
uoce mihi, non haec miserae sperare iubebas,
sed conubia laeta, sed optatos hymenaeos:
quae cuncta aerii discernunt irrita uenti.
nunc iam nulla uiro iuranti femina credat,
nulla uiri speret sermones esse fideles...

164-170

sed quid ego ignaris nequiquam conqueror auris
exsternata malo, quae nullis sensibus auctae
nec missas audire queunt nec reddere uoces?
ille autem prope iam mediis uersatur in undis,
nec quisquam adparet uacua mortalis in alga.
sic nimis insultans extremo tempore saeua
fors etiam nostris inuidit questibus auris.

Pourtant ce ne fut pas en vain ni à des dieux hostiles qu'elle promet ses offrandes et que, les lèvres closes, elle adressa ses vœux. Comme, au sommet du Taurus, un chêne agitant ses bras ou un pin aux fruits coniques et à l'écorce suante, tordus par le souffle indomptable d'un ouragan, sont jetés à terre (l'arbre arraché avec ses racines tombe bien loin, la tête en avant, brisant aux alentours tous les obstacles) ; ainsi, dompté, le corps du monstre farouche fut abattu par Thésée, tandis qu'il frappait vainement de ses cornes les vents impalpables. Puis, sain et sauf, couvert de gloire, le héros revint en arrière, dirigeant ses pas errants à l'aide d'un fil léger, qui lui permit de sortir des détours du labyrinthe sans s'égarer dans son inextricable réseau. Mais pourquoi m'écarterais-je du premier sujet de mes vers, pourquoi dirais-je dans un plus long récit comment, fuyant le visage de son père, les embrassements de sa sœur, enfin ceux de sa pauvre mère, dont cette fille passionnément chérie faisait la joie, Ariane préféra à tant de biens les douceurs de l'amour de Thésée, comment un navire la transporta jusqu'au rivages écumeux de Dia, comment encore, tandis que le sommeil avait fermé ses yeux, son ingrat époux l'abandonna et prit la fuite ? Souvent, dit-on, agitée d'une ardente fureur, elle poussait du fond de sa poitrine des cris aigus ; tantôt elle gravissait, désolée, les monts escarpés d'où sa vue pouvait s'étendre sur les flots de la mer immense ; tantôt elle courait au-devant des ondes frémissantes, relevant son souple vêtement sur sa jambe nue ; telles furent les dernières plaintes qu'elle exhala dans sa douleur avec des sanglots glacés, le visage baigné de larmes.

« Ainsi, tu ne m'as emmenée loin des autels de mes pères que pour m'abandonner sur une plage déserte, perfide, perfide Thésée ! Ainsi tu fuis, sans craindre la puissance des dieux, ingrat, et tu emportes à ton foyer ton parjure maudit ! Rien n'a donc pu fléchir ton cruel dessein ? Il n'y avait donc pas en toi assez de générosité pour que ton cœur sans douceur consentît à me prendre en pitié ? Ce n'était pas là ce qu'autrefois m'avait promis ta voix caressante, ce n'est pas là ce que tu me faisais espérer dans mon malheur, mais une joyeuse union et un hymen qui comblerait mes vœux ; autant de vaines paroles que les vents dissipent dans les airs. Et maintenant, qu'aucune femme n'ajoute foi aux serments d'un homme ; qu'aucune n'espère entendre de la bouche d'un homme des propos dignes de foi...

Mais à quoi bon fatiguer de mes plaintes, dans l'égarément de ma douleur, la brise ignorante, qui, privée de sens, ne peut ni entendre les paroles qui m'échappent ni me répondre ? Lui, il a presque gagné déjà la pleine mer et pas un être humain n'apparaît au milieu des algues désertes. Ainsi la fortune trop cruelle, pour finir, dans ses insultes, m'a refusé même des oreilles ouvertes à mes gémissements.

249-268

quae tum prospectans cedentem maesta carinam
multiplices animo uoluebat saucia curas.

At parte ex alia florens uoluitabat Iacchus
cum thiaso Satyrorum et Nysigenis Silenis,
te quaerens, Ariadna, tuoque incensus amore.

.....
Quae tum alacres passim lymphata mente furebant
euhoe bacchantes, euhoe capita inflectentes.

Harum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos,
pars e diuolso iactabant membra iuueno,
pars sese tortis serpentibus incingebant,
pars obscura cauis celebrabant orgia cistis,
orgia, quae frustra cupiunt audire profani,
plangebant aliae proceris tympana palmis
aut tereti tenuis tinnitus aere ciebant,
multis raucisonos efflabant cornua bombos
barbaraque horribili stridebat tibia cantu.
Talibus amplifice uestis decorata figuris
puluinar complexa suo uelabat amictu.

Quae postquam cupide spectando Thessala pubes
Expleta est, sanctis copeit decedere diuis.

Cependant celle-ci, suivant de ses yeux désolés la carène
qui s'éloignait, roulait dans son âme blessée mille
pensées douloureuses. Mais d'un autre côté Iacchus
florissant volait avec son thyase de Satyres et avec les
Silènes, enfants de Nysa ; il te cherchait, Ariane,
enflammé d'amour pour toi. [...] (Les Ménades) agiles,
possédées d'un délire furieux, erraient çà et là, criant
évohé ! évohé ! et secouant la tête. Les unes agitaient la
pointe de leur thyrses couverte de feuillage, les autres
brandissaient les membres d'un taureau mis en pièces ;
d'autres ceignaient leur taille de serpents enlacés ;
d'autres célébraient les mystères cachés au creux des
cistes, ces mystères dont les oreilles des profanes
cherchaient vainement à connaître le secret ; d'autres
frappaient les tambourins de leurs paumes levés ou
tiraient du bronze arrondi des tintements aigus ;
beaucoup soufflaient dans des cornes, d'où s'exhalaient
de rauques mugissements, et la flûte barbare sifflait son
chant porteur de frisson.

Telles étaient les figures magnifiques qui décoraient
l'étoffe dont les plis enveloppaient de tous côtés la
couche nuptiale. Quand la jeunesse thessalienne eut
rassasié de ce spectacle ses yeux avides, elle céda la place
aux divinités saintes.

Carmen 65

Etsi me assiduo confectum cura dolore
seuocat a doctis, Ortale, uirginibus,
nec potis est dulcis Musarum expromere fetus
mens animi (tantis fluctuat ipsa malis ;
namque mei nuper Lethaeo in gurgite fratris
pallidulum manans alluit unda pedem,
Troia Rhoeteo quem subter litore tellus
ereptum nostris obterit ex oculis ;
Alloquar, audiero numquam tua facta loquentem,
numquam ego te, uita frater amabilior,
aspiciam posthac ? at certe semper amabo,
semper maesta tua carmina morte canam,
qualia sub densis ramorum concinit umbris
Daulias, absumpti fata gemens Iylei)
sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto
haec expressa tibi carmina Battiadae.
Ne tua dicta uagis nequiquam credita uentis
effluxisse meo forte putes animo,
ut missum sponsi furtiuo munere malum
procurrit casto uirginis e gremio,
quod miserae oblitae molli sub ueste locatum,
dum aduentu matris prosilit, excutitur ;
atque illud prono praeceps agitur decersu,
huic manat tristi conscius ore rubor.

Il est vrai, le chagrin cruel qui m'accable sans relâche
me tient éloigné des doctes vierges, Ortalus, et les
douces productions des Muses ne peuvent germer dans
mon âme agitée par tant d'orages ; car il y a bien peu de
temps encore que l'onde qui coule dans le gouffre du
Léthé a baigné les pieds décolorés de mon frère, que la
terre troyenne, pesant sur ses restes au bord de Rhétée,
déborde à nos regards ; j'aurai beau t'adresser la parole,
jamais plus je ne t'entendrai parler de ce que tu as fait,
jamais plus, ô mon frère, qui m'étais plus cher que la
vie, je ne te verrai désormais ; mais du moins je
t'aimerai toujours ; toujours je composerai dans la
retraite des chants attristés par ta perte, semblables aux
gémissements que fait entendre sous les épais ombrages
la Daulienne, déplorant le destin d'Iyle disparu.
Cependant, en dépit d'une si grande douleur, Ortalus, je
t'envoie, traduits par moi, ces vers du descendant de
Battos, afin que tu ne croies pas que tes paroles,
abandonnées aux caprices des vents, se sont échappées
de ma mémoire, comme une pomme, présent furtif
envoyé par un amant, roule du sein d'une chaste vierge,
lorsque, sans songer qu'elle l'avait placée sous sa
tunique moelleuse, la pauvre enfant, se levant d'un bond
à l'approche de sa mère, la laisse tomber ; la pomme
poursuit en avant sa course rapide ; la jeune fille sent
une rougeur de complicité se répandre sur son visage
désolé.